

De rituum origine Latinorum, positis in comparatione cum temporibus hodiernis.

Cum legerit considerationes¹ de religione Romana (scilicet de aliquibus ritibus) professoris Gerardi Freyburger, Universitatis Straburgensis, qui se refert ad sustinenda has considerationes ad librum notissimi studiosi cui nomen est Scheid, “*Quand faire c'est croire*”, adnotavi Romanos, antequam impenderent quoscumque actus, ad signa divina scrutanda intentos se ponere. Hoc modo, si oportet nos credere auctoribus Latinis, antequam se darent hostibus ad bellum indicandum et ferendum, ad deos interrogandos apti erant. Si de hac cogitatione transimus ad cogitationem de mundo hodierno, quid videmus? Deo mortuo, relegione extincta, moribus sola voluntate humana determinatis, mente rebus fictis et inclinationibus libidinosis repleta, mundus hodiernus configitur in summa mortali stultitia.

At, si deus mortus est (quinam deus?), conceptio idearum quae fuit sub existentia sua non moritur, subsistit, immo fortissima et solidissima est in mente gentium temporis nostri.

Qui mundus exortus sit ex hac conceptione? Ille quem habemus sub oculis nostris. Contaminatio aeris, rumores, abundantia instrumentorum tecnicorum, pollutio ciborum, inquinatio maris et locorum olim praeservatorum, et alia eius generis.

At haec omnia veniunt de depravetione mentis, et in primis de ideis (*ιδεα*) quibus mens per tempora vulgaria alta est. His diebus ante eventum terrible et horribile coacti sumus nos ponere, eventum quod possumus definire caedem iniustissimam et nimis gratuitam, immolationem cruentissimam adulescentium in Italia meridionali sine ullo fine. Unde venit haec inclinatio? In evangeliis invenimus similem gratuitam, vanam, stultissimam mactationem infantium, quamvis hodie complures studiosi bibliae librorum dicant esse rem non historicam.

Quocumque modo res est interpretenda, manet idea et incitatio quae venit de ea, quia scimus actus mentis facturos esse semper actus personae totius, a fortiori actus res publicas facientes. Hac idea constituta in rebus et per nexus communis vitae incidente in actibus singularibus, facta est mos, inclinatio, habitus: unde, deo mortuo, religione extincta, moribus textis biblicis imbutis, sponte et naturaliter cruor spargitur per iniquitatem stultorum ideis praeiudicatis in se habentium.

Si deus mortuus est omnia sunt possibilia, dicit aliquis in celeberrima narratione dostoieskiana, et si deus mortus est, paecepta eius non moriuntur, vivunt videlicet in mente, in vita, in corpore societatis totius. Unde caedes adlata contra adulescentes ignaros, florescentes, innocentes, quibus Piores Patres dicaverunt dies significativos, quos Floralia appellaverunt, et adulescentes honoraverunt Sacro initio, qui appellabatur cursus honorum, et etiam eos appellaverunt Infantes.

Numquam Patres peregivissent hunc actum scelestissimum, timentes ne deos offenderent; quia (vide originem vocabolorum quae se referunt ad augurium, mactationem, et aliud eius generis in studio eius) in mente eorum holocaustum, mactatio solum destinata sunt ad deos, et tempore insequenti haec acta substituta sunt

¹ In L'étiologie dans la pensée antique, par Martine Chassagnet, Brapols 2008.

alio genere naturali (vide De abstinentia Porphyrii) cum a contrario hodierna holocausta et mactationes generis humani consideranda sunt propria rerum bibliae.

Et quid cogitavissent de mactatione inutili et stulta si hoc vidissent hodie? Ratio, quae mensura omnium est (est modus in rebus) optatio nobis est, non lex, qui iam vivimus sub iusso pulsuum instinctivorum. At ratio non est libera, id est non est νοητική (solum spirituales viri se tollunt ad hunc verticem), sed potius formatur semper ideis (ἰδεα) praevelentibus et saecularibus. Ex praecedentibus sequitur depravationem esse necessario degradationem: si antea adulti hostiae facti sunt, hodie genus mutatur et sacrificium carpit infantes, et cras genus mutabitur et quis hostia factus erit?

Johannes Teresi